

= *Milander, no 1752.*

Σὺν Θεῷ.

154

891

BREVIS DISPOSITIO HOMILETICA;  
In Textus, Solennis ad DEUM gratia-  
rum actionis,

*Ad d. 5. Febr. Anni MDCCI. peragenda,  
Propter insignem VICTORIAM,*

Augustissimo MONARCHÆ  
CAROLO XII.  
Svec. Goth. Vandalorumque REGI,  
&c. &c. &c.

Domino nostro Clementissimo,  
*Cœlitus, die 20. Novembr. Anni MDCC. concessam,*  
Contra ingentes CZARIS Muscovitici Nar-  
vam obsidentes, copias.

---

Concio I.



**P**ARASC. Incundè ex Evangelio Dominicæ proximè  
antecedentis, Matth 8. v. 27. repetitur admiratio poten-  
tiæ Christi. (*diducatur ex ipso miraculo, & de eo habitis  
meditationibus;*) S;c gratiam & potentiam suam Salva-  
tor noster, non ita pridem mirabiliter demonstravit, tum  
quod Sacram Regiam Majestatem, Regis nostri Clementissimi, inter  
vehementissimas tempestates autumnales, per horrendos maris fluctus,  
ab extremis Sveciæ oris, cum selecta militum manu, in portus Livoni-  
cos, salvam deduxerit; tum quod ingentem illam hostium & populo-  
rum multitudinem, quæ mari comparatur, Esaj. 8. v. 7. Apoc. 7. v. 15.  
ad obsidionem Narvensem, Divina sua virtute, increpuerit & dissip-  
averit. Psal. 46. v. 4. &c.

TEXTUS, 1. Sam. 14. v. 6.

**E**XORD. Psal. 28. v. 6, 7, 8. *Horum expositio & applicatio, ex Fasciculo  
Disposit. Homil. hic Aboæ edit. Anno 1693. pag. 322. & seqq. breviter re-  
petenda;*



892  
petenda. Quemadmodum Psaltes confidentiam in DEUM verbis hisce exprimit; ita eandem & verbis & opere ostendit Regius Princeps! Jonathan in Textu nostro, qui exhibet:

*Heroicum Fiduciam in DEUM exemplum.*

VOTUM, *Psal. 33. v. 20, 21, 22.*

IN commendationem Jonathanis, Filii Saulis, narrantur amicitia ejus & fides in Davidem: 1. Sam. 18. v. 1. & 20. v. 28. Verum virtus ejus bellica, pluribus celebratur, 2. Sam. 1. v. 22, 23, 25. Cujus specimen vix unquam majus dedit, quam cum castra Philistæorum aggredere. Quanta autem cum fiducia id egerit, docet sermo ejus in Textu, ubi,

(A) *Verba exhortantis.* Solus cum armigero, etiam Patre suo, Rege infcio, v. 3, 17. tantum opus aggressus est, v. 1, 4. Conf. Jud. 7. v. 10. Quod quia difficilimum fuit, exhortatione, *puer arma ejus gerens*, excitandus erat: *Kom! lãt ofš gã utõstov til ihše oomšternas edger. Ito Š transibimus Šc.* Fœdus divinum, in quod ipse cum servo suo per circumcisionem erat receptus, validissimum rectè existimavit argumentum, quo animum inderet socio pugnandi contra hostes non circumcisos, adeoq; extra fœdus gratiamque divinam constitutos. Idem observamus in Davide contra Goliathum, periculossissimo certamine pugnato, 1. Sam. 17. v. 26, 36, 37, 45, 46, 47. Quapropter etiam Josua cum justis bellis gentes impiæ e terra promissa ejiciendæ essent, Israelitas, quibus terra ista promissa erat, cum Abraham circumcisionem susceperit, Gen. 17. v. 7. n. prius circumcidi curabat, Jos. 5. v. 2, 9. Hac ratione fœdus Baptismate, in quo *habetur pignora*, Deus nobis confert & obsignat, vehementer nos quoq; erigat in omni pugna, etiam contra hostes Spirituales, Eph. 6. v. 12. seqq. est enim *οὐκ ἐπιθῆσθαι ἀπὸ τοῦ ἐνεργήσαντος*, 1. Petr. 3. v. 21. Conf. Apoc. 7. v. 3.

(B) *Verba in DEUM confidentis.* *Šil ššventyrs warder HŠRen nãgot utràntandes genom ofš.* Omne quod effici posse sperat, Soli Jehovah, jam in antecessum adscribit, *Jehovah faciet*: ut Psal. 37. v. 5. *Ipse faciet*: ac ne medii quidem vel instrumenti, sibi tribuat concursum, non dicit in H-br. *per nos*, sed *faciet nobis*: *Ut ofš.* Respicit illud Exod. 14. v. 14. *Jehovah pugnabit pro nobis, vos modo tacete.* Conf. Deut. 1. v. 30. Equidem Jonathan suis & servi sui armis, cui illa à Jonathan primò occisus, cedebant, Conf. 1. Sam. 13. v. 22. viginti viros prostravit, 1. Sam. 14. v. 14. Sed ad tanti exercitus hostilis ruinam, miraculosè à Deo terror internecinus immittebatur, v. 15, 20, 23, ideoque v. 45. exclamant  
Israëli-



Israëlita in Hebr. **יְהוָה עִמָּךְ** cum DEO, fecit Jonathan die vi-  
 nesti eiusmodi timoris exempla legimus plura, Exod. 23. v. 27. Deut. 2.  
 v. 25. Jos. 2. v. 9. Judic. 7. v. 21. 2. Sam. 5. v. 24. 2. Reg. 7. v. 6. & 19. v.  
 7. &c. Neq; ejus confidentia in dubium vocanda per phrasin, *תִּלְדַּמְתִּי*  
*תַּרְסִי* / nam Hebr. **יְהוָה** sapius est benè sperantis & in ipso opere se alti-  
 osq; erigentis, quam dubitantis vox. Ita Josue 14. v. 12. **יְהוָה** erit Jeho-  
 vah mecum erat autem valdè certus Caleb de ope & promisso Divino,  
 Num. 14. v. 9. Neq; Hiskias de Divina in hostes Ecclesiæ ira ambige-  
 bat, eandem adhibendo vocem, 1. Reg. 19. v. 4. proinde versio nostra  
 propius affectum ejus exprimit, Esaj. 37. v. 4. Adstrui iste vocis hujus  
 sensus potest, si vacat, exemplis plurimis 1. Sam. 9. v. 6. 2. Sam. 14. v.  
 15. & 16. v. 12. 1. Reg. 20. v. 31. Jer. 21. v. 2. &c. Tam securus proinde  
 erat Jonathan de adjutorio Divino, ac Propheta populum pœnitentem  
 de condonatione Divina certum esse voluit, Amos. 5. v. 15. ubi & illa  
 ipsa vox legitur. Omne proinde pondus ac momentum, actiones nos-  
 tra habent à nostra in DEUM fiducia; quando enim ex verbo DEI  
 constat, eas in ejus gloriam & ex ejus voluntate suscipi, Joh. 3. v. 21.  
 Divinam quoque opem certo nobis polliceamur. Jud. 5. v. 13. Luc. 5. v.  
 5. veruntamen nihil in illis nobis tribuamus Psal. 115. v. 1. quod & hic  
 Jonathan observavit, ante pugnam pronuncians, *Dedit eos* (hostes) *Je-  
 hovah in manum Israëlita*, 1. Sam. 14. v. 12.

(7.) Verba, *Divinam omnipotentiam venerantis*: **יִתְּתֵנוּ** / *thet et*  
*icte* **יְהוָה** / *Kranom* / *ungt* **יְהוָה** / *genom* **מַנְגָּא** / *eller* **יְהוָה** / *genom* **פִּאָא**. Hebr.  
*quia non est Jevohæ impedimentum ad salvandum, &c.* Ea namque est  
 Divina omnipotentia vis, ut nec maxima hominum multitudo illi pos-  
 sit resistere, Dan. 4. v. 32. Cum itaq; conner, cui auxilium suum &  
 salutem DEUS addiderit, nihil refert, sintne pauci illi vel multi, ejus  
 ope salvandi, de liberatione nullatenus dubitent. Ea fuit spes Davi-  
 dis, Psal. 3. v. 6. eademq; Regis Assæ contra ingentem hostium molem,  
 2. Chron. 14. v. 9, 11. Et quia Jevohæ est bellum, servatq; non per gladi-  
 um & hastam, 1. Sam. 17. v. 47. 2. Macc. 15. v. 21. amat benignè osten-  
 dere potentiam suam in hominum paucitate, Jud. 7. v. 4. Psal. 147. v.  
 10, 11. Judith 9. v. 16. &c. eam vero in ira sua exercere, contra glorian-  
 tes in copiis suis militaribus, 2. Reg. 19. v. 35. 2. Chron. 25. v. 8. Qui  
 jam justa gerunt bella, quamvis pauci, hoc dicto Jonathanis, ante pu-  
 gnam se confortent, quod & Judas Maccabeus magno cum successu  
 egit, 1. Maccab. 3. v. 18, 19. in ipso itidem certamine, corda sua hæc fi-  
 ducia erigent; *Manibus quidem pugnantes, cordibus verò ad DEUM pre-  
 cantes*



*peraverunt inimicos: DEI magnopere letati Apparitione; 2.*  
15. v. 27. post obtentam denique Victoriam, & quoties de ea  
sermo est, unice illam DEO acceptam referent, Psal. 66. v. 3, 5. adde  
Psal. 64. v. 10.

194.  
 *Applicatio:* Haud majori jure quam olim Philistæi copioso exer-  
citu, 1. Sam. 13. v. 5. adorti sunt Israëlitas, nuper CZAR Muscoviticus,  
ingentibus copiis, terras, Imperio Svecico subjectas, invasit. Nec mi-  
nori astu & truculentia quam illi, v. 17-19. is cum concivibus nostris  
sibi vicinis, egit, castella occupavit, regiones proximas vastavit, pagos  
exussit, & incolas, quos fuga non subduxit, Conf. 1. Sam. 13. v. 6. im-  
mani crudelitate vel occidit, vel ad perfidiam coëgit: Arcem verò Iva-  
nogorodensem & Urbem Narvensem, per decem septimanas, gravissima  
obsidione & horrendis artibus bellicis expugnare allaboravit. Ac ut  
Philistæi circa Michmas, oppidum Benjamiticum, castra sua posuerunt,  
quibus multum erat præsidii à petra gemina & dentata, 1. Sam. 14. v.  
4, 5. circa quam omnes aditus & vias occluserunt. 1. Sam. 13. v. 23. ita  
Rutheni, numerosas militum stationes ac tentoria sua ad Narvam, tot  
munitionis circumdederunt, ut non minori difficultate ibi oppugna-  
rentur, quam illi ipsam aggredereentur Urbem. Verum Divino Spiritu,  
& plus quam heroico zelo, in fidelium civium liberationem accensus  
**REX ac MONARCHA noster Clementissimus, CAROLUS XII.**  
**DEI Donum,** (Jonathan idem ac a DEO datus) pretiosissimum, orbis  
Christiano concessum, exigua in exercituum suorum partem, (nam se-  
ris anni mensibus, major tempestive adesse non potuit;) ad periculosis-  
simum pariter ac justissimum prælium excitavit, & incomparabili for-  
titudine Regia, strenuè contra hostes copiosissimos sese eduxit. Eorum  
Jonathanis nullatenus temeritatis damari potest; verba enim ejus &  
eventus probant, eum ad hoc à DEO actum fuisse, 1. Sam. 14. v. 6, 10,  
12, 15, 45. &c. nitebatur quippè Divino promisso, contra hostes anti-  
quos Philistæos, tam in specie Sauli, cujus erat filius, 1. Sam. 9. v. 16.  
quam in genere genti Judaicæ, dato, Deut. 32. v. 36. & 33. v. 29. &c.  
Neq; dubitamus, quin & ante gloriosam hanc pugnam Narvensem, plu-  
rimi existimassent tutius fuisse plures opperiri copias jam tum quoque  
appropinquantes: Verum *Unctus Domini*, invictissimus Rex, coe-  
lesti ac Divino consilio intimius commotus, auspiciatissimo ausu, tem-  
pus & cuncta victorioso prælio destinavit; tam injustè CZAR Musco-  
vitarum bellum hocce inchoavit, tam subdolè illud texit, tam blasphemè  
DEI causam prætexuit, tam crudeliter omnia egit, ut Rex Justitiæ



& pietatis amantissimus, non potuerit non sibi & suis, sancta fiducia, DEO & cum DEO, successum & Victoriam polliceri. Magnum fuit spei Jonathani fulcrum, quod hostes ejus Philisti, utpotè præputiati & non circumcisi, extra fœdus DEI essent. Mulcovitæ nomen quidem Christianum habent, imò illo super omnes alios Christum confidentes sese efferunt; verum notissimum est, quod crassissima idololatria. Sanctorum stulta invocatione, & stupido imaginum cultu. blasphemant bonum nomen, quod vocatum est super eis. Jac. 2. v. 7. Christi scilicet, à quo vocantur Christiani. De cætero DEI gloriæ & satisfactioni Christi multum detrahunt, inani opinione meriti per bona sua opera; Sacramenta multifariam temerant, articulosq; fidei & quæcumque ad religionem spectant, variis modis inveniunt. Ut accedente nunc ad ista, summa causæ à parte illorum injustitia, Rex noster DEO accepissimus, etiam exinde suis cohortibus animum fortiter pugnandi inderet. Fateamur quoque Ruthenicam gentem, si quæ in orbe Christiano, habere incircumcisa corda, Jer. 4. v. 4. & 9. v. 26. Ezech. 44. v. 7. Stolidæ superbiæ Lev. 26. v. 41. obstinata cœcitatatis. Deut. 10. v. 16. Act. 7. v. 51. & omnis impuritatis, Ezech. 16. v. 30. Crevit sic in nostratibus fiducia strenue invadendi incircumcitos, fœdisfragos & prædones, datoq; symbolo bellico, *Med Gudz Hielp* / idem sentiunt & dicunt, quod Jonathan יְהוָה לָנוּ יִצְחָק *Dominus hoc efficiet nobis*, Psal. 46. v. 8, 9, 11, 12. Neq; exercitum nostrum latuit, quanta fuit copiarum hostilium multitudo, quam & illis imperans, & alii inimici nostri, more impiorum orientalium, 1. Reg. 20. v. 10. 2. Reg. 19. v. 24. jactarunt. Verum Sanctum Regis fortissimi cor, ac exercitus paucitatis suæ conscius, divinum hoc & immutabile auxilium, unice cogitabant. *Non est Jehovah impedimentum ad salvandum per multos aut per paucos*, Prov. 21. v. 31. Itaque DEO omnipotenti, qui tantam salutem, 1. Sam. 14. v. 45. Urbi Narvæ & vicinis etiam nostris terris: imò toti Patriæ per incomparabilem hanc Victoriam, sub auspicio & felici ductu Regis Augustissimi, attulit, laudes indefinenter canamus, Psal. 44. v. 4, 5, 6, 7, 8, 9. & 118. v. 14, 15. & 136. v. 17, 18, 26.

## Concio II.

**P**arasc. Hiob. 36. v. 11. ubi sec. Hebr. *Si audiant Deum v. s. & serviant ei: finient vel romplebunt dies suos in bono, & annos suos in jucundis*. In sermone hocce, Eliku agit de providentiâ Dei in genere erga quosvis, v. 5, 6, 7. in specie de afflictis, v. 8, 9. & de fructu



actu' poenitentiae v. 11. Sc. The skola upstylla eller sluta sine Dagar  
i thet goda / och sine Åhr i lustighetter. vox ultima etiam Plal. 16:  
v. 6. Ecclesia Christi in patria nostra, haud paucas ex sanctissima Dei  
voluntate, per elapsum hocce seculum XVII. passa est afflictiones. O si  
indè ista secuta fuisset emendatio, de qua hic v. 10. 11. Verum ex im-  
mensa sua bonitate, multiplici gratiâ nos Deus praevenit, etiam quod dies  
novissimè elapsi anni *finiverimus in bono, & annos seculi istius absol-  
perimus in jucundis.* Maxima & innumera Dei beneficia in spiritualibus  
anno isto, sicut per integrum illud seculum, in nos collata sunt, *cum  
plenitudine benedictionis Evangelii*, Rom. 15. v. 29. pro quibus inde-  
finenter Deo gratias agamus, 1. Cor. 1: v. 4, 5. Sed & multiplicia &  
grandia sunt, quibus *in temporalibus* nos refecit. Quanta v. illa, quæ  
ultimo seculi anno, (impossibile enim est singula præcedentium anno-  
rum enumerare,) nobis Deus præstitit? Sub Rege pio, iusto, clemen-  
ti nos vivere, & Regnum Sveciæ florere fecit; *coronavit annum bo-  
nitate sua & orbitæ ejus stillarunt pinguedine*, Plal. 65: v. 12. Ac cum  
sub initium anni, eruperint diu à tribus vicinis regnis, in patriam no-  
stram agitatae machinationes malevolæ, Deus Ter. Opt. Max. ex in-  
finita sua misericordia, adeo benedixit consiliis & armis *S. & R. M. tis*  
ut ab una parte inita sit pax Regi nostro *Clementissimo* & magnis  
confœderatis gloriosa: ab altera hostis Livoniam iniquissimè primum  
invadens, indè se recipere, & obsidionem civitatis Rigenfis, magno  
sumtu a se inchoatum, deserere coactus est. Neque aliqua suorum  
virtute obtinuit, quæ adhuc tenet, munimenta bina: Alter, Moschus  
videlicet, pari iniquitate Ingriam vicinamque Esthoniæ, maximarum  
copiarum & ducum exercitissimorum agmine inundans, & in muni-  
tionibus castrorum suorum superbiens, Obad. v. 3. Divinæ vindictæ  
vim expertus est, ut non ipse modo, qui tot crudelitatis jam de-  
derat exempla, inhonesta fuga propè ante pugnam se subduceret, sed  
& omnem & ingentem hominum, eorum, armorum, tormento-  
rum bellicorum, comæatum, fortalitorum, pecuniarum &c. ap-  
paratum suum, quò magnus & terribilis videri voluit, uno amitte-  
ret prælio, & cuncta *victricibus Regis nostri felicissimi armis, à DEO tra-  
dita* audiret. Victoria certe, isto Svecis victorioso seculo ut ultima,  
ita maximè memorabilis; omnibus hisce cismarinis provinciis secu-  
ritatem & toti Regno contulit gaudium. Penultimo accidit anni men-  
se, ut jam fama per universam patriam sparsa, faceret nos *absolvere  
annos seculi in jucundo*, O si hæc & multiplicem Dei bonitatem aliam,  
devo-



devotissima mente agnosceremus. O si illa ritè uteremur, gratos & impios, feriat comminatio ab Elihu mox subjuncta, 1. 36. v. 12, 14. Ultra statos dies sacros, quibus ab Ecclesia antiquitus primordia annorum initiantur, etiam solennis hic dies à S. R. M. nobis ordinatus est, in publicas & sanctas ad Deum gratiarum actiones, ob gloriosum anni ultimi & seculi novissimi complementum, in celebri ista victoria &c.

TEXTUS, Psal. 21. v. 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14.

**E**Xord. 2. Sam. 22. v. 47--51. celebrat David ab hostibus, imprimis à Saule liberatus, Deum auxiliatorem, ultorem & exaltatorem. vid. singula exposita ad Psal. 18. v. 47. seqq. in Fascic. dispos. Homilet. pag. 700 seq. Ad eum modum Rex Augustissimus, postquam infensissimum suorum hostem, Czarem Muscoviticum, divina auxiliante potentia debellavit, hoc die ad cœlestis gratiæ celebrationem nos provocat. In Textu proponitur,

PII REGIS TRIUMPHANTIS FELICITAS.

Vot. Psal. 51. v. 17.

**P**Salmum hunc 21. primariò & literaliter de Christo Rege Spirituali, esse capiendum, cum Ecclesia orthodoxa, antiqua & moderna, statuendum, ne in nos quadret exprobratio Matth. 22. v. 28. observavimus hoc in disposit. Homilet. ad v. 2, 3, 4. hujus Psalmi, cum illi Textus loco tractarentur, Anno M. DC. XCIIIX. d. 3. Martii, quo devotè sacra Potentissimi Regis CAROLI XII. unctionis solennitas, recoleretur. Verum simul notavimus, per accommodationem referri illum posse ad Reges terrestres; non tamen quosvis, sed pios, Christianis Regnis imperantes. Fundamentum accommodationis præbet Psal. 20. Ab illis enim & pro illis usurpari possunt hi Psalmi, præsuat quippe terris verbo Dei collustratis, præbent Regna eorum Ecclesiæ hospitium, & cives illorum, membra quoque sunt Ecclesiæ. Vid. præfat. ad Disp. Synod. de magistrat. Polit. Quam plene autem Textus in Jesu nostro, Rege Regum, Apoc. 19. v. 16. impletus sit, per totum annum docemur. De ejus sub tempore exinanitionis, in Deum Patrem confidentia, Psal. 22. v. 10, 12. ex historia Passionis discimus. Magnifica ejus in suos & suorum hostes, faranam, infernum, impios, &c. victoria, Hof. 14. v. 14. 1. Cor. 15. v. 54. 57. Col. 2. v. 15. &c. Festo Resurrectionis imprimis celebratur. Ejus in gubernatione & conservatione Ecclesiæ, potentiam & curam per omne vitæ nostræ tempus extollimus. Quoniam verò Evangelii confessione ac defensione, nec non vera pietate, Monarcha Suecorum, Rex noster



mentissimus, inter omnes Reges Christianos dignissimus est,  
S. R. M. ejus orthodoxe accommodentur verba ejusmodi Biblica,  
ideo divinam, in victoria incluta, opem deprædicatura, omnibus impe-  
rii sui incolis exhibet pii Regis triumphantis felicitatem.

I. *Quod DEO constanter confidat*: v. 8. *En Konungen hov-  
pag 30. Hebr. eò quod Rex confusus est in Jehova, ideo per misericordi-  
am Altissimi non dimovebitur*: Ubi. (1.) *omnis felicitatis fundamentum*:  
Firma sc. in DEUM fiducia: Conf. 2. Reg. 18. v. 5. 1. Chron. 6 v. 20.  
vid. ibid gloss Lutheri & loca parallela, 2. Chron. 20 v. 20. Psal. 4. v.  
6. & 32. v. 10. & 40. v. 5. & 84. v. 13. & 86. v. 2. & 143 v. 8. Proverb.  
3 v. 5. vid. Fasc. Homilet. pag 306 seqq. Jer. 17. v. 7. & 39. v. 18. &c.  
(2.) *Fiducia fructus*: non dimovebitur; nihil cum deiciet à sancta illa  
confidentia, nec à statu illo felici, in quo per DEI gratiam collocatus  
est, Sic Psal. 16. v. 8. & 62. v. 3, 7. & 73. v. 23. & 125. v. 1. [3] *Causa à  
parte DEI movens*: Benignitas videl. Altissimi: Non ullum nostrum  
meritum. Psal. 13. v. 6. & 25. v. 6, 7. Conf. Num. 14. v. 19. Nehem. 9. v.  
31. Psal. 103. v. 8. & 145 v. 8. Esaj. 63 v. 7. &c.

II. *Quod hostes strenuè vincat*: Magna est Regum felici-  
tas in pacato vivere imperio, Psal. 2. v. 3, 4, 6, 7. Sed quoniam per  
Diaboli malitiam & mundi perversitatem, ad inimicitias, rapinas &  
quævis malà, etiam probis inferenda, instigantur homines, ideo ma-  
gna est Regi muneris cura, justis bellis hostes repellere: Spiritus itaq;  
DEI, cum v. 8. ut in præced. in tertia persona de Rege locutus sit,  
jam v. 9-13. in secunda, ad Regem sermonem dirigit, variisq; felicitis pu-  
gnae actus describit. Victor quippe [1] *Hostes idcirco vincat*  
*Quia: Hæc sunt: Et ex improbitate irruet in hostes*: Ita ultratur  
vox Judæi. 1. v. 5. 1. Reg. 13. v. 24. & illos ita concludet, ut evadere ne-  
queant. *En hògra Hond/ quâ gladium & arma tenes, non patietur  
ofores tuos vindictam effugere*, Psal. 121. v. 5. (2) *Citò & penitus eos de-  
fruet*: v. 10. *Sà'om en glòbãnde Ugn/ respicit* 2. Sam. 12. v. 31. id Di-  
vina ope, *Hæren skal uppsluta them / 30. Deut. 4. v. 24. Psal. 18. v. 9.  
(3) Posteròs eorum extirpabit*. v. 11. *Theras frucht*: scilicet quia & li-  
beri cum parentibus prava sunt machinati, v. 12. e medio tollentur,  
Psal. 37. v. 22. & 52. v. 6. & 109. v. 13. (4) *Irrita reddet fraudulenta  
eorum consilia*, v. 12. *En the iducte 30. Psal. 7. v. 15-17. &c. (5) Fugi-  
entes ictibus suis feriet, gòra them til skudrot: Pones eos humerum*:  
Cum in fugam eos conjeceris, præpones humerum eorum ictibus &  
sagittis tuis scopum; vid. 2. Reg. 9, v. 24. (6) *Refractarios & rebelles*



*tandem conficiet: Ubi tunc Stranger Kal tu inodi thero.*

10: Non ut illi, clam & per insidias in probos tela sua intenderunt,  
12. Psal. 21. v. 3. Sed cum pertinaciter tibi resistere, faciesque suas furi-  
bund), tibi opponere ausi sint, nervis arcuum tuorum tela emittentibus,  
certissimè ferientia, diriges in ipsas eorum facies, cum miseri-  
mo eorum interitu, Conf. Psal. 64. v. 8.

III. *Quod DEO unice gloriam tribuat; v. 14. Ubi (a) Di-  
vinam agnoscit & implorat potentiam: Hæc te uphög tig i tite Kraft.*  
Tam insignibus & maximis potentia tuæ operibus, supra omnes inimi-  
cos Tuos gloriosum Te declara, & excellentiam roboris Tui manife-  
sta; Psal. 18. v. 47. & 46. v. 11. & 57. v. 6. & 108. v. 6. eo sensu etiam  
dicitur, *excita potentiam Tuam*, Psal. 80. v. 3. (B) *Obstringit se & suos,*  
*in DEI laudes, Sâ wille wij svinga och löfwa tina Wöcht: Quod ju-  
stè exigit DEUS liberator, Psal 50. v. 15, id spontaneo cultu suscipiunt*  
*fideles; non invicem modo se in DEI laudationem excitant, 1. Chron.*  
*17. v. 23, 24. &c. nec contenti sunt singulari cujusvis pro se sponcione,*  
*Psal. 34. v. 2, 3. & 61. v. 9. & 71. v. 8, 14, 15. &c. sed & unanimiter san-  
ctam in Dei laudibus assiduitatem suam pollicentur: Psal. 44. v. 8, 9;*  
*& 79. v. 13. & 115. v. 18. &c. Idèd in fidelium congregatione DEUS omnitò*  
*est celebrandus. Psal. 9. v. 15 & 22; v. 16. & 100. v. 3, &c.*

*Applicatio. Inter Reges triumphantes, pietate & felicitate excel-  
lit Rex noster Clementissimus: & in summum omnium subditorum gau-  
dium, jam de se dici vult: eo quod Rex confusus est in Jehovah, idèd  
per misericordiam Altissimi non dimovebitur: nam qui hoc facit, non  
dimovebitur in æternum, Psal. 15. v. 5. Habet S. R. M. tas in maxi-  
mis ac Regis suis Parentibus, Gloriosissima memoria, felicissi-  
ma sanctæ hujus fiducia exempla: vid. Disposit. nostr. Homilet. editas,  
Anno 1693. & 1697. in Textus, 2. Chron. 32. v. 20, 21. & Phil. 1. v. 21.  
Divinam quæque virtutem istam variis casibus gravissimis, terè per  
quadriennium irruentibus, fortiter exercuit, ejus nunc evidentissimum  
dedit specimen, cum nuper hostem, numerosissimis copiis instructum,  
& omnis defensionis genere munitum, intrepidè adoriretur. Quando  
superiori ætate REX AUGUSTISS. ad componendum bellum a Re-  
ge Daniæ inchoatum, classem navalem & exercitum Svecicum educe-  
ret, suis quoque magni confœderati junxere vires. Nunc, contra lon-  
gè plures copias hostiles, sine omni ope extranea, & cum minori ex-  
ercitus domestici parte, eaque multis modis vexata, incommoda quo-  
que anni tempestate, S. R. M. ti dimicandum fuit. Verum confidenti-  
tia in Deum non fecellit. Pacem cum Moschis studiose colere & fir-*



900.  
Rex noster clementissimus, sollicitè advenit, ne vel eorum prima  
nullus ex eis, aliquam justam conquerendi haberet causam; Czaro  
rem ipsam multis amicitiz & benignitatis officiis affecit, ac populo isti,  
libertatem, quam ulli alii nationi peregrinæ. David olim de *Meseck*  
Psal. 120: v. 5, 7. [per *Meseck* autem Moschos intelligi, cum aliis ten-  
tit Bochartus, in Phaleg libr. 3. Cap. 12.) hanc querelam instituit; E-  
go vir pacis, sed cum loquor, illi ad bellum festinant. Per magnos suos  
legatos ad Moschos, Anno 1699. pacifica loqui fecit Rex noster paci-  
amantissimus, sed Anno 1700. illi ad bellum adversus nos festinabant,  
tanta cum festinatione, ut una solum transiret nox æstiva, postquam  
inter illos & Turcam novum pactum esset armistitium. In ultione tan-  
ta perfidiz, jam cum DEO felix victor *Invictissimus noster CARO-*  
*LUS XII.* hostes suos invenit & comprehendit in castris eorum &  
quasi nassa conclusit. Tormentorum, sclopetarum & alio bellico igne  
eos consumpsit partim, partim dissipavit; cum & procella nivosa ac nu-  
bilosa tempestas in facies illorum à DEO immissa sit: Quæder til  
Sibina / Psal. 11: v. 7. irriti sic reddebantur conatus eorum in expugnan-  
da urbe Narvensi, nec videlicet Svecorum armis resistere valuerunt;  
humeros fugiendo obvertebant jaculis nostrarum, & cum pons, per  
quem evadere cœperunt, mole hominum dissolveretur, non pauci peri-  
bant, reliqui furentes, faciebùs istus lethales excipiebant. Victorias nu-  
merare potest Svecia à DEO sibi concessas, seculo XVII. nuperrimè  
elapso, plures, quam interea obtinuit ulla gens alia. Non de velita-  
tionibus, nec de castellorum, arcium, urbium, insularum, integra-  
rumque regionum occupationibus loquimur, harum enim numerum  
illo tempore a Svecis subactarum, infra vix quicquam potest. Iusta  
autem acie instituta prælia majora, nobis felicia ac victoriosa fuere,  
intra illam temporis periodum, cum Danis duodecim, inter quæ nava-  
lia quoque recensenda, cum Polonis tredecim: in quibus priora quæ-  
dam in salutem Moschoviz facta. Cum Casareanis, ut Polonorum socia  
Sibina. Ab illis verò & Liga Papsifica post Annum 1630. usque ad Annum  
1648. præter innu.neras pugnas velitares & longe plurimas urbes ter-  
rasque subjugatas, circiter triginta victorias, Deo benedicente, in  
Evangelico-Lutheranz Religionis conservationem in Germania, re-  
portarunt arma Svecica; inter quas quædam adeo magnæ erant, ut  
longam progressuum seriem tecum traxerint; Cum Moschis pauciora  
intra illud seculum habita sunt prælia: priori quippe valdè attritæ fue-  
re eorum vires, & magis diminutæ sunt, cum Anno 1656, & seq. civi-  
vita-



159

vitatem Rigenfem fibiqvè contèrminàs terras adorirentur.  
nomen mereri videtur pugna ad Brunitz, Anno 1624. instituta,  
8000 Ruthenorum cæsi partim, partim in fugam coniecti; Nulla ve-  
rò victoriarum istius seculi, nec faciliè in proximè præcedentibus ullis,  
cum hac ultima, miraculo non carente, comparari potest, si spe-  
ctemus a parte Syecorum, quam pauci fuerunt & multifarlam fa-  
tigati; quam copiosi ab altera hostes, longa quiete & rerum omnium  
abundantia robusti; quam ingentem victoria ista attulit prædam, quan-  
taque toti patriæ commoda. Verum id imprimis Divini & miraculosi  
adjutorii indicium est, quod tantus exercitus hostilis, in suis castris,  
omni munimentorum genere, artis & naturæ beneficio, circumdatis,  
ab exigua militum nostrorum manu, ductu & auspicio *Regis longe su-  
pra atatem fortissimi*, victus sit & fufus. Ancipitem, imò cruentam,  
memoran: Historici magis quam victoriosam pugnam, cum felicissim-  
us aliàs Rex GUSTAVUS ADOLPHUS MAGNUS, ad Dirscaviam  
in Borussia, Polonos in castris suis, Anno 1626. adoriretur: nec parvi  
constitit *gloriosissima memoria Regi*, jam 75000. militum Duci, oppu-  
gnatio castrorum Cæsareanorum, propè Noribergam, d. 24. Aug. 1632.  
Singulare proindè gratiæ & potentiæ coelestis dicamus fuisse benefici-  
um; victoriam, quam hodiè celebramus, Psal 20 v. 7, 8, 9, 10. Adeoq;  
Divino planè instituto, publicis ante pugnam habitis precibus, S. a R. a  
M. tas militibus tuis prælegi & inculcari fecit totum Psalmum Davidis  
nonagesimum primum: quod certè memoria dignissimum est. Sic pro-  
vocamur ad devotas preces, & solennes laudes: Utrumq; enim exigit v.  
14. textus nostri: *HERRe myhög tig i tinte Kraft*. Est oratio Ecclesiæ  
1. Adv. *Uppått HERre JESu tinte Kraft*. Suspiremus itaq; *Magnifica*  
*O Domine*, Liberator Omnipotens, *robur tuum*, in conservatione Eccl. sive  
Tuz verè Christianæ, Psal 80. v. 15, 16. in defensoris ejus in terris feli-  
cissimi, *Unkti Tui*, *Regis nostri Clementissimi*, perpetua protectione, Psal.  
20 v. 2, 3. & 62. v. 7, 8. in custodia patriæ nostræ charissimæ, Zach.  
4. v. 5. in confortatio e exercituum, terra marique, Psal. 20. v. 6. ac in  
omnigena omnium ordium benedictione, Psal. 115. v. 12-15. Laudes DEI  
solemni sponfione hodiè pollicemur. *Wij wille sijnge zc.* In illo ergo  
opere sumus assidui, 1. Chron. 30. v. 10, 11. &c. publico in coetu alacres,  
Psal. 21. v. 23. & 35. v. 18. & 109 v. 30. & 111. v. 1. & 116 v. 18, 19, &  
149. v. 1. Esaj. 38 v. 20. &c. nec domi segnes, Psal. 37. v. 8. & 119:  
v. 62. & 145. v. 2. & 146. v. 1. ac semper quoties de tam ingenti beneficio  
loquimur, Divinum & miraculosum in illo celebremus auxilium, Ps. 66. v.  
15. & 72. v. 18. & 75. v. 2. & 78. v. 4. & 96. 7, 3. Conclusio Ps. 59. v. 17, 18.



CONCIO III.

*Parajc.* Luc. i. v. 46, 47, 49. conferenda ista ex primo Nov. Test. cantico, cum primo In Vet. Test. ex quo textus tertius.

902.

TEXTUS, Exod. 15: v. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

*Exord.* Esaj. 12: v. 4. *vid. Fascis, Homilet. pag. 687. seqq. Propositio Primitia Laudum in Vet. Test. publicarum.*

*Votum, Psal. 65. v. 2, 3.*

I. *Pium DEUM laudantium institutum*: Ubi (1) *laudaturi*, Moses & Filii Israël v. 1. hi enim ejus ductu Divina potentia liberati, Exod. 14. v. 30, 31. hymnum verò ab iis inchoatum, resonando continuant fecerunt, Ex. 15. v. 20, 21. (2) *Ardens DEum laudandi studium*, v. 1. *Jag wil sungen* Her. ranott. Psal. 13. v. 7. & 27. v. 6. & 57. v. 8. & c. v. 2. *Jag wil dbra honom* Hebr. *habituaculum illi extruam*; & ad illud eum colam, Exod. 15. v. 19. & 20. v. 24. & 25. v. 8, 9. 2. Sam. 7. v. 10. 1. Reg. 8. v. 15--21. Psal. 132. v. 5, 7. & c. *ibid.* *Jag wil uphöja honom* Pl. 34. v. 4 & 47. v. 10. & 97. v. 9. & 99. v. 9. & 145. v. 1. & c. (3) *Laudis Summa*, *Thenna Wüjona* v. 2. -- 19. repetitur v. 20, 21. de Cantico Moysis, Apoc. 15. v. 3.

II. *DEI, quem laudant, excellentia*: in plurimis Divinis nominibus & elogiis hic patefacta, (1) *Jehovab*, *JHRE* / *essentiale DEI nomen* Deut. 28. v. 58. Pl. 83. v. 19. Esaj. 42: 8. & c. Ejus *emphasis* exponitur, Exod. 3. v. 14. Apoc. 1. v. 8. sexies in textu nostro occurrit: NB. v. 3. (2) *Jah*, v. 2. quod & rectè redditur *JHRE* / *essentiam Dei inmutabilem* indicans, Exod. 17. v. 16. Pl. 68. v. 5, 19. & c. estq; in voce *Halleljah*, jucundum valde (3) *Fortitudo mea*, Pl. 118. v. 2. & 28. v. 7 8. (4) *Canticum*: *Min effäng* / *is est* cui *Psallem* & *cantabo*, Pl. 118. v. 13. Esaj. 12. v. 2. & c. (5) *Salus*, v. 2. Hebr. *factus mihi est in salutem*, Gen. 49. v. 8. 1. Sam. 2. v. 7. Pl. 119. v. 166. (6) *DEus meus*, Pl. 5. v. 3. & 7. v. 2. 17] *DEus Patris mei*, *Abrahami*, & reliquorum *Patriarcharum*: Ex. 3. v. 15. & 6. v. 3. & 32. v. 13. & c. [8] *Vir bellus est Jehovab*: scilicet potentissimus, Pl. 24. v. 8. à quo solo *victoria* pendet, Jer. 20: 10. NB. Es. 42: 13.

III *Opera DEI miraculosa*, magna quaedam in *Israëliitarum liberationem* & *hostium interitum*, celebrantur in textu, v. 1, 4, 5, 6, 7, quæ ex *historia liberationis* & multis *Scripturæ Sacræ dictis illustranda*, Exod. 12. & 14. Nch. 9. v. 9-11. Pl. 78. v. 13. & 118. v. 14. 5. & 136. v. 11-15. Hebr. 11. v. 29.

APPLICATIO: Excitemur in *DEI laudes ac cultum*, accurate *conferendo* (ut *convenit*) *opera DEI miraculosa hic descripta*, cum *iis*, quæ in *hostium profligatione*, *occisione*, *submersione per Victoriâ Narvensem*, *gloriosa erant*, Pl. 150. v. 1, 2. REGI AUGUSTISSIMO *voveamus ea*, quæ de *David* ipse *DEUS*, 2. Sam. 7. v. 9. *Conclusio* Syr. 50. v. 14, 25.

*Textus hic tertius, loco Exordii omnino est tractandus, ubi tertia haberi nequit Concio.*